nostro Klesczele consistens, seu eius tertiam mensuram com=
petebat, cessit et condescendit, prout iam ex nunc cedit et rea-
liter condescendit, Honestis N. N. Famati Consorz N.
Civis Klesczeloviensis moderni eiusdem molendini possessoribus filijs
Nobilibus dicti vigore Privilegij sui in eo molendino seu eius
tertia mensura reservans, sed illud totum in memoratos N. N.
transferendo. quam quidem cessionem nos ratam habentes, et gra-
tiam nostram eisdem N. N. etc. declarare volentes, eandem ter-
tiam mensuram molendini praefati eisdem N. N. in ius advita:
litium conferendam esse duximus, prout iam ex nunc conferimus
cuilibet pro sorte et interesse suo. Promittimusque verbo nostro
Regio pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris, quod quam:
diu praefati N. N. superstites fuerint, eos possessione eiusdem
tertiae mensurae non privabimus, sed eos in pacifica eius possessione
conservabimus, post decessum vero cuiuslibet eorum sors eius
iuridice et legitime exemptioni subesse debet, iuribus nostris
Regalibus, et moderni loci illius tenutarij salvis. In cuius etc.

Libertatio a Podwodis

Sigismundus etc. Scamus

Quod cum nobis per certos consiliarios nostros relatum esset
oppidum nostrum Gorzczin tenuta ad praesens Illustris et Magci
Sigismundi Marchionis de Mirow Regni nostri supremi Marschal:
ci, nunc Civitatis Korczin Soleccii Grodecensisque Capitanei adeo
per priores tenutarios devastatum et exaustum esse, ut oneribus
Podwodarum nequaquam satisfacere possit, faciendum nobis esse
ad intercessionem eiusdem Illustris et Magci Regni Marschal:
ci existimavimus, quod et alijs subditis damna passis
negare non solemus, ut eos hoc molestissimo et durissimo onere
ad aliquod tempus relevaremus, quo sese tandem aliquantum recol:
ligere, et officium suum in posterum commodius facere possent. Da:
mus itaque iam ex nunc eisdem omnibus et singulis oppidanis
Gorzczinensibus tam intra quam extra oppidum degentibus libertatem
et immunitatem ab excipiendis et referendis Podwodis hinc ad quatuor
annorum decursum. quo tempore nullas omnino Podwodas qui:
buscunque Cemitentibus nostris undecunque venientibus subministrare

terebuntur. Ut autem oppida illa, quae ad eos Podwodas deferre consueverunt, aliquot etiam levamen sentiant declaramus et ordinamus ut interea durante hac libertate ijdem oppidani Goschinen[ses] oppidanis opocsnei marcas polo[nicales] septem, oppidanis vero Groicen[ses] marcas polo[nicales] tres singulis annis pendant. In cuius rei fidem etc.

Tutelares

Sigismundus etc.

Mag[nifi]co Stanislao Zolkiewskij Castellano Leopolien[si] et Campestris Militis Praefecto, Syncere nobis dilecto gratiam nostram Regiam. Mag[nifi]ce Syncere nobis dilecte. accepimus ex relatione internunciorum Civitatis nostrae Leopolien[sis], civitatem illam finitimam continuis periculis esse expositam, ut pote quae non minus emeritorum militum, et vagorum hominum turmatim tumultuantium insolentiam et direptiones pertimescit, quam externi hostis incursiones. Quoniam autem Mag[nifi]cus Georgius Mnisek de magna Konczicze Palatinus Sandomirien[sis] et loci illius Capitaneus (ad quem tutella et defensa civitatis pertinet) ad praesens extra Regnum versatur certo Surrogato pro se ex nostra voluntate relicto. Fidei Sin[ceritatis] tuae Mandamus, ut si forte aliqua procella civitatem illam peteret, ita ut vel ab externo hoste vel ab internis insolentijs atque direptionibus minus tuta sit, Surrogatusque repellendo periculo non fuerit deffitiens, ut Sin[ceritas] tua implorati auxilium vel Surrogato vel civitati cum iusta militia manu subveniat, periculaque tam interna quam externa repellat, et insolentiam omnem ex eoerceat, omninoque civitatem illam finitimam ita curet, ut ab omni periculo et perturbatione sit secura. Pro gratia nostra officijque sui debito.

Aliae tutelares

Sigismundus etc.

Generoso [...] Surrogato Capitaneatus Leopolien[sis] Fid[eli] nobis dilecto gratiam nostram Regiam. Generose Fid[elis] nobis dilecte. Existimavimus Mag[nifi]cum Georgium Mnisek de magna Konczicze Palatinum Sandomirien[sem] et Capitaneum Leopolien[sem] ita